

Sallusti Crispi: De Catilinae Coniuratione 9,1-5:

1) Igitur domi militiae/que boni mores colebantur; concordia maxuma, minima avaritia erat; ius bonum/que apud eos non legibus magis quam natura valebat.
 2) Iurgia, discordias, simultates cum hostibus exercebant, cives cum civibus de virtute certabant. In suppliciis deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. 3) Duabus his artibus, audacia in bello, ubi pax evenerat, aequitate, se/que rem/que publicam curabant. 4) Quarum rerum ego maxima documenta haec habeo, quod in bello saepius vindicatum est in eos, qui contra imperium in hostem pugnaverant qui/que tardius revocati proelio excesserant, quam qui signa relinquere aut pulsi loco cedere ausi erant; 5) in pace vero, quod beneficiis magis quam metu imperium agitabant et accepta iniuria ignoscere quam persequi malebant.

bonum, -i n.	das Gute, die Sittlichkeit
iurgium, -i n.	Wortgefecht, Wortwechsel
simultas, -atis f.	Feindschaft
exercere	austragen, ausfechten
supplicium, -i n.	Dankfest
magnificus, -a, -um	großzügig, prachtliebend
parcus, -a, -um	sparsam
aequitas, -atis f.	Gerechtigkeit
vindicare in ...	einschreiten, vorgehen gegen ...
tardius	zu langsam
signa relinquere	desertieren, die Feldzeichen verlassen
audere, audeo, ausus sum	wagen
beneficium, -i n.	Wohltat, Vergünstigungen
metus, -us m.	Furcht, Abschreckung
imperium agitare	Herrschaft ausüben
ignoscere	verzeihen